

Worte, die auf dieselbe Verarbeitung der Quellen hinweisen. Spitze Klammern kennzeichnen Einfügungen in der Handschrift.)

Huius aetatis annos Septuaginta ponunt 2244; alii 2264. Hieronymus non plene duo milia. Methodius duo milia⁵⁹.

A cuius conditione et mundi creatione usque ad diluvium secundum quosdam computantur anni 2242, secundum Hebraicam vero veritatem 1656; in quibus annis adhuc rudi et simplici hominum natura non reges, sed familiarum capita suo in genere erant, quorum ordo fuit huiusmodi⁶⁰.

Methodius ... agens de quodam filio Noe, de quo non egit Moyses, sic dicens: ... Trecentesimo anno dedit Noe donationes filio suo Jonitho, et dimisit eum in terram Ethan, et intravit eam Jonithus usque ad mare orientis, quod dicitur Elioschora, id est solis regio, hic accepit a Domino do-

Speculum militare c. 1
(fol. 5r; 7r-v)

Secundum Methodium ab Adam usque ad diluvium plene annorum duo milia computantur, in quibus homines simpliciter vixerunt, reges et prelia non habentes, dolo et invidia carentes, primates et familiarum capita in unaquaque tribu habuerunt, qui sibi invicem succedentes summam rerum naturalis industrie studio gubernabant.

... Gen. vi. [10] dicitur: Noe genuit tres filios Sem, Cham et Iaphet ...

Recitat quoque idem [Methodius], quod Noe habuit <filium> nomine Yonitum, cuius in Genesi mencio non habetur. Huic pater in terra Etham dominacionem dedit et inhabitavit eam usque ad mare orientis, quod dicitur Elyochera, id est regio solis. Hic Yonitus astronomiam primus di-

Liber certarum historiarum (wie Anm. 1) Praefatio III. (2, S. 238 f.)

Ab Adam usque ad diluvium secundum Methodium annorum duo milia computantur, quamvis lxx interpretes magis et Ieronymus minus dicere videantur. In quibus reges et principes non fuerunt, sed primates, qui summam rerum inter se velut familiarum capita gubernabant.

Noe autem genuit tres filios, Sem, Cham et Iaphet,

et quartum nomine Yonitum, ut dicit Methodius, cuius in Genesi mencio non habetur, cui pater in terra Etham iuxta mare orientis, quod dicitur Elyochera, id est solis regio, contulit principatum.

59) Petrus Comestor, *Historia scholastica* (wie Anm. 48) Gen. c. 30 (Sp. 1081A).

60) Frutolf-Ekkehard, *Chronicon* (wie Anm. 54, S. 34).